

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. 9

urn:nbn:de:bsz:31-103771

Comment. in Curtium. lib. 7. cap. 8. num. 30. & c. 9. n. 15.

tis. Idem Ælianuſ hiſt. var. 4, 1, 3. Indos quoque ſcribit Syngrapham non facere. Graecæ lubricitatis ſuggillatio etiam in illis eſt apud Plautum Afīn. 1, 3, 47.

- queque volumus uti Graeca mercamur fide, hoc eſt, praefenti pecunia opus eſt: nemo fidem noſtrā ſequitur, non magis quam ſi Graeci eſtemuſ. Nec minus in his Lucani 3, 30.

Phocas in dubiis aucta eſt feruare iumentus,

Non Graia leuitate fidem, ſignataque iure.

vbi ſimul de actis confignandiſ, quæ Curtius dixit agnoſeſis. Cicero ad Trebat. epift. 7, 17. Quando reſtre cauiones infirma ſunt, Grecculam tibi miſi, chirographi mei. Que tamen ipſa parum valida, Polybio, Greco quidem & ipſo, viro tamen graui, teſte, 6, 54. nec decim quidem chirographis datus à Graco homine fidem feruari. O Graecia, quo terrarum non miſisti colonias!

ACTA CONSIGNANT) Alii ſaſta, vnde Bongarf. paſta quæ emendatio firmari poſſit ex Schœce verbis modo relatis.

IN IPSA FIDE) Quæ nobis, vt dea, religioſe colitur. ridiculum ergo putamus, aduocatis per iuriurandum diis religionis metu nos adſtrin gere, ſi ii ſimus, vt fidei numen poſſimus contemnere. Phrygasetiam abſtinuſſe iurecendo ſcribit Nicol. Damascenus, in Excerpt. Valeſ. pag. 517. Sane iurandi parum validum videbatur vinculum Auguſto apud Dion. lib. 54. Que ſponte ſunt, ea etiam iure iuriurandi vinculum obſeruauur: at qua fuunt ingratiaſ, non, ſi milles iurata ſunt, praefantur, niſi videlicet cum Scythis religionem in ipſa fide noueris.

7, 8, 30. VTRIQVE) Bongarfii, Acidaliuſ, Sebiliſque coniectura conſpi rabat in vnum, vt virimque legeretur. Nec ſane ineptum hoc eſſet, ſed cum haud mi nus proba ſit vulgata, cum nontueriſe poſſit interdicto uti poſſidetis? Agnouit hoc idem Acidaliuſ, duo poſſe imperia tribui Alexandro, idque ſolere probat Raderus veteri epe graminate Parmationis:

Τύμβον Ἀλεξανδρειο Μυκηνῶν τὸ πένθος·

Ηπείρου κτένες σῆμα λέγει ἀμφοτέρων.

Quisquis aues tumulū Pelleo ponere regi:

Europam atque Asiam ponito pro tumulo.

& quod Curtio inſra 8, 4, 29. Afīe Europaque rex dicitur. ſed & 9, 6, 21. Viſtor utrinque regionis à ſemetiſo appellatur. At Iuſtinus 12, 16, 5. diſertissime duo imperia eiad signat: ex die qua naſus eſt, due aquilaſ tota die perpetue ſupra culmen domus patris eius ſederunt, omen dupličis imperii. Europa Afīeque preſerentes;

7, 9, 1. CONSILII SVORVM) Legendum olim ſic conieci: quod poſtea & Rutgersio Var. Leſt. 3, 4. ita viſum deprehendi; & iam ante Auentino. ſic enim ille locum hunc refert lib. 1. pag. 25. Quid enim leuius aut turpius, quam anelore hoſte de ſummi rebus capere conſilium? iudicio Aurunculei aliorumque apud Cæſar. de bel. Gall. 5, 28. Ira Cæſar Pothino reſpondet, minime ſe Aegyptiorum conſilium require re. Plutarch. in vita cap. 70. ergo cum Pal. 1. cum duobus editis adſtipularentur; haud dubitauſ ſcripturam eam recipere. Vulgata tamen leſtio ferri poſlit, ſi recipias expli cationem Acidaliuſ quam ſeq. ſtatim nota proponimus.

ET AVDAETER) Attende vt recte capias. Ne particula non reſerenda tibi ad audaeter pariter, vt ad temere. Sensus iſte, diſtributis in ſua membra verbiſ: ſecuturum ſe & conſilium eorum, ne quid temere: & fortunam ſuam, vt audaeter faciat. Acidaliuſ. Auentinus expreſſit, aut audaeter, longe diuerso ſenſu, probo ſagien: & quem illi praeferaſ.

7, 9, 3. A FRONTE) Quomodo a fronte, vt tela nullum ex armatis circum-

lib.7. cap.9. n. 4.7.10.13.14.15.18.20. Comment. in Curtium.

circumstantibus laderent & interualla relinquebant armati, per quae tela exibant. Raderus. Ibidem statim lego circumdati armatis: reliqui post tormenta confiterant. Remigem &c.

7, 9, 4. *OBJECTÆ RATES*) MSS. male obiecta erant rates: illustri anadiploscos exemplo, quale supra ad 7, 6, 13. ex Liuio retulimus. notatque Rutgerius in nostro infra ad 10, 1, 19. vt suo loco, DEO bene iuuante, videbimus.

7, 9, 7. *TORMENTA*) Quorum sublidio & Corbulo propositum tonuit. Tacit. 15, 9, 1. neponi (Euphrati) injiciendo impedimentum hostiles turma afferre, (iam enim subiectis campis, magna specie volitabant) nases magnitudine praestantes, & conexas trahibus, ac turribus anclas, agri per annem, catapultisque & balistis protuberat barbaros, in quos saxa & hasta longius permiscent, quam ut contrario sagittarum iactu adequarentur. Sic & Artian. 4, 1, 19. ait Scythas fuisse longinquo talorum iactu perterritos. Adde Tacitum 1, 56, 5. Dausquecum in Silium pag. 35. m.

7, 9, 10. *FRÆNATOS HABEBANT*) Multi enim equitum, qui à puppi equos nantestrahebant, tardius ad pugnam venere. Raderus. Equestris itaque fuit hæc pugna.

7, 9, 11. *DVCVM OFFICIO*) Quippe cum ad tam periculosum bellum exercitum legeret, non iuvenes robustos, nec primum fiorem etatis, sed veteranos; plerisque etiam emeriti militie, qui cum patre patriisque militauerant, elegit, ut non tam milites, quam magistrorum militie electos putares. Iustinus II, 6, 4. Merito ergo commendat eos Charidemus supra 3, 2, 14. Ex quo tempore iam continua exercitatione, multum etiam adhuc accelerat illorum peritia. Sic in prælio cum Neruiis milites nihil iam Caesaris imperium spectabant, sed per se, quæ videbantur, administrabant. ea enim erat eorum, ut paulo supra dixerat, scientia atque usus, ut superioribus præliis exercitati, quid fieri oportet, non minus commode ipsi sibi prescribere, quam ab aliis doceri poterant. Cæsar de bel. Gall. 2, 20.

7, 9, 13. *EQUESTRIS ACIES*) Cuius & in Luciani dialog. mortuorum dial. 12. mentio, ait Alexander: Scythes homines certe non spenndos, Tanaim (axarten) transiens, magna equitum pugna vici.

1 XXX. *STADIA*) Plutarch. in Alex. cap. 80. centum numerauit; de fortuna Alex. 2, 21. centum quinquaginta: adeo incertus vacillauit Plutarchi calamus, nec in notis error obscurari potuit, integras enim voces posuit. Ceterum 80. stadia efficiunt milliaria nostraria duo & semis: centum vero, tria cum dimidio quadrante: centum denique quinquaginta, quatuor prope cum triente. Raderus. Non igitur longius penetrauit Scythicas solitudines. Quod causæ fuisse crediderim, cur eum intrasse Scythiam plane negent Iustinus 38, 7, 3. & apud Io. Magnum hist. Gothor. 3, II. f. Strabo, & nescio quis Arrianus Campanus.

7, 9, 14. *RELIQVM*) Non intelligo quid sibi velit. Annon fuit & ibique substitutum.

7, 9, 15. *LIBERI TERMINOS*) Non illos in India, notos & fama insignes, quos infra 9, 4, 21. needum transierat; sed alios, quibus expeditionem in Scythes signauerat, quorum si alibi est mentio, mihi iam non succurrat.

7, 9, 18. *CAPTIVOS*) Imitatus eum hic ut in aliis multis Pyrrhus apud Cicer. de off. 1, 12. & Flor. 1, 18, 15. apud quem & Hannibal 2, 6, 40. vbi notam p. vide. quem ea arte plurimos sibi conciliasse, multasque & magnas urbes eorum opera in dictiōnem redigisse ex libb. 22, 23. & 24. Liuui abunde constat. Inspice etiam Gruteri discurs. in Tacit. cap. 25.

7, 9, 20. *ILLI PAR ERAT*) Alii lepore hand sane virili par non erat.

Comm. in Curtium. lib. 7. c. 9. n. 22. & c. 10. n. 1. 2. 4. 6. 7. 9. 10. m.

erat. unde fortassis haud ineptus prodeat sensus: par non erat Hephaestioni, quod esset lepore haud sanc virili. Hephaestioni pulchra quidem species erat: sed tamen viriliter decora. Excipio non item.

7, 9, 22. INTERFICI PVBERES) Occisorum ingens fuit numerus, ut ex lemmate Diodori in alteram partem lib. 17. constat. Ως Ἀλέξανδρος διστάτε τὸς Σογδιανὲς κυπεπόλεμος, καὶ κυπεφαῖν ὡντὸν πόλεμον πόλεμον μετέδων. *Vt Alexander Sogdianas perduelles armis subegerit, & plures quam 120000. interficerit.* Id enim caput ex historia Diodorea perit. Vide & Arrianum 4, 1.

7, 10, 1. OCTINGE NTIA) Sic omnino rescribendum, pro octoginta recte vidit Glareanus, cui sauer etiam Arrianus 4, 1, 32. qui Alexandrum ex eo loco, quo mouit à Tanai inquam, ad Maracanda, non octoginta, sed mille quingenta stadia intra triduum per Sogdianam consecisse scribit. Raderus. Sic legendum primo statim intuitu cognoueram, etiam ex istis verbis *vastæ solitudines*, Plin. 6, 16. circum ea loca agnoscit *harenosæ solitudines* per CXX. M. passum.

7, 10, 2. VOCANT INCOLÆ) Casaubonus in lib. II. Strabon. pag. 357. affirmit Strabonem & Curtium dissentire in auctoribus huius nominis Polymetiti: à Strabone enim Macedonibus adscribi nominis impositionem, à Curtio incolis: quod verum est; sed verum non est illos dissentire: Curtius enim non respexit tempus quod Alexandrum præcessit, sed secutum est. Incertum est enim, quod nomine vocatus prius fuerit, prolece à Græcis Polymetus appellatus: quis enim non videt vocem esse Græcam, non barbaram? ab incolis ergo ætatem Alexandri secutis, qui plerique fuere Græci (sex enim oppida Alexander non procul ea regione condidit, infra 7, 10, 15. Græcis potissimum habitata) & nomen à Macedonibus fluui inditum accepunt, & in posteros propagarunt. Raderus.

TORRENS) Sic retinui-cum pluribus, cum nihilo deterius sic legatur, quam ut est in aliis. fertur. Torrentem eum. immo aliquanto propius ad veram lectio-nem: que, ni fallor, haec est: fertur torrens; cum ripe &c. ea particula creberit sic vtitur, hoc ipso cap. n. 14. *Ne exsistebat humor, cum in ipso &c.*

7, 10, 4. TRIGINTA NOBILISSIMI) Hoc absque dubio prodidit etiam Diodorus lib. 17. vt ex argumento eius libri coniicio. nam ipsa narratio intercidit.

7, 10, 6. A TANTO REGE) Virg. En. 10, 829.

*Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Aeneæ magni dextra cadis.*

Ad quem locum multa Pontanus noster, qui hanc ipsam ex Curtio historiam adducit; & plura Ludouicus de la Cerda ex diuersis scriptoribus Græcis & Latinis, quo sture videbis. Raderus. adde supra ad 3, 5, 5. Simile de Turcis narrat apud Sansouin. de Turc. fol. 124. b. Spanduginius.

7, 10, 7. TVM REX) Omisi cum aliquot editionibus, quæ in aliis hic sequebantur, haec verba; admirans magnitudinem animi. quod tantum est odiosa repetitio ex num. 5.

7, 10, 9. QVANDOQUE) Forte quandocumque. Sebius.

7, 10, 10. PEUCOLAÖ) Ab hoc duce, regio postea nomen accepit, dicitur. Et quæ est Peucolaotis, ut est apud Arrianum lib. 4. Raderus. Hinc ergo intelligas alium suissæ Peucolaum, qui supra 6, 7, 15. inter coniuratos minatur.

7, 10, 11. MENIDAS) Menide apud Artian. 4, 2, 1. nulla hic mentio, sed cuiusdam Melannida, seu Melanida. Menidam Curtius supra sepe laudat. Raderus.

Fff

7, 10, 12.